



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

36 De iure patronatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

Christiani orbis pontificis decreta, & madata maximo conatu exequentur, & venerantur: obsecro, cado animo expendat literarum Apostolicarum executionem quandoque differri, ac suspendi regij pratorij decreto & auctoritate, vt Maximus Christi vicarius interim certior fiat, quot & quantus afficiatur incommodis, & grauaminibus Reipublica ista propter multa, quæ ab ipso falsis precibus & suggestionibus impetrantur, quæ minime sanctissimus Pontifex foret concessurus, si per sinceram, iustamque narrationem certo sciret, quid spirituali, ecclesiastico, & temporali huius regni, & principatus recto regimini sit cõducibilis. Quod non aliter percipi valeat, quam per delationem omnibus numeris absolutam, quæ à viris prudentissimis, atque in huius Reipublicæ administratione diu exercitissimis ipsimet Pontifici fiat. Interim igitur dum Põtifex summus instructor hifce de rebus, publicæ vtilitati consulere decernit, aliquot literarum Apostolicarum executio differtur eo quidem consilio, quod Pontificia & Cæsarium responsa passim exhibent: præsertim in c. si quando, de rescript. & in l. si vindicari. C. de penit. c. cum apud Thessalonicam. 11. q. 3. quorum nos longius meminimus in reg. peccatorum in princ. de reg. iur. in 6. nu. 5. & in lib. 2. variat. resolut. c. 8. nu. 1. Quibus accedit text. in c. sunt quidam. 25. q. 1. & c. 1. 40. d. si inc. c. mater. 24. q. 1. & c. si quis non recte. 24. q. 3. ex Hieronymo, vt opinatur Gratianus, cum potius sit ex Origine homil. 14. ad cap. 24. Leuitici. Item glo. in auth. de mandatu principum. §. denique competens. in verb. nunciatus. cuius meminere Bald. & Fel. in d. c. si quando. est illi similis glo. in auth. vt determinatus sit numerus clericorum. §. vlt. collatio. 1. in verb. contradicere. extat & elegans decisio Innocenti. in c. inquisitioni. col. vlt. de sent. excom. quem sequuntur illic Ioan. Andr. Ant. & alij, & Abb. super concilio Basiliensi. num. 14. idem in q. 1. nu. 2. vers. 2. Tertius casus incipit, quæst. Episcopus quidam. Fel. in d. c. si quando. num. 4. Decius in cons. 151. nu. 5. Card. in cons. 150. col. vlt. & cons. 167. his etiam congruit ratio text. in c. cum teneamur. de prebend. & gloss. in cap. 2. 62. dist. cum multis quæ à Felino traduntur in cap. nihil. de prescript. sed & præter alia sunt adnotanda verba cuiusdam Cardinalis, quæ Felinus refert in d. cap. si quando. col. 2. vers. per istum tex. Dominus noster. & quæ scribit S. Thom. 2. secunda quæst. 69. art. 4. vers. respondeo. & Caietanus admonet. 2. 2. quæst. 39. artic. 1. vers. in responsione ad secundam. Et idem Caietanus in tract. de auctoritate Papæ & consilij. cap. 27. vers. ad secundam rationem, quæ prius scripsere Card. à Turre Cremata lib. 2. de ecclesia. c. 106. Card. Alexand. in summa. 15. dist. num. 41. & Card. Jacobatus in tract. de concilio. lib. 8. artic. 3. vers. quintum remedium, quæ tamen omnia sunt cautissime legenda, ne quid temere fiat aduersus Christi vicarium, Ecclesiæ Catholice caput, & rectorem his de rebus certiorum factum, ea adhibendum remedia, quæ sint salutis vtriusque Reipublicæ spiritualis & temporalis, præsentissima.

Deum vero optimum maximum Iesum precamur supplices, vt eos Reipublicæ, spirituali, ecclesiæ cæ. & temporali dignetur præbere principes: quibus secepta tenentibus contentiones omnes procul eliminentur: quod plane fiet diuino auxilio, si quisque princeps spiritualis, & temporalis publicam vtilitatem præ oculis semper habuerit.

C A P V T XXXVI.

De iure patronatus laicorum, ad differentiam iuris patronatus ecclesiastici, & vtriusque derogationem.

S V M M A R I A.

- 1 Iuri patronatus laicorum licet Papa derogare possit, non censetur derogatum, nisi expressa eius mentio fiat.
- 2 Ius patronatus laicorum, quo pacto ab ecclesiastico distinguatur.
- 3 Derogationes iuris patron. ius laicorum in his Hispaniarum Regnis minime admittuntur.
- 4 Quid ubi beneficium iuris patronatus laicorum vel patrimoniale, & huius simile in curia vacauerit.
- 5 Quid de iure patronatus ecclesiastico, quod habuit à laicis, & eorum patrimonio originem? & de iure patronatus clericis & laici.
- 6 Quid de iure patronatus adquisito per prescriptionem, aut priuilegium, & de patrono possidente.
- 7 Derogatio iuris patronatus laicorum, an sit admittenda, ubi beneficium erat in curiam litigiosum.

- 8 De iure patronatus competentis alicui fraternitati laicorum.
- 9 Agitur de permutatione beneficiorum, quorum presens actio pertinet ad patronos laicos: & de simpliciter resignatione.
- 10 Pensio an possit constitui super beneficiis iuris patronatus laicorum absque earum consensu.
- 11 De unione beneficiorum iuris patronatus laicorum.
- 12 De dispensatione ad retinendum beneficium vacaturam.

Ceterum præter multa, quæ in ecclesiasticis cõtrouersis, & quæstionibus solent apud suprema huius regni tribunalia tractari, illud frequenter in litem incidit, & disputatur, quanam ratione ius patronatus laicorum distinguatur à iure patronatus ecclesiastico: cum vtrunque iure Pontificio ad presentationem, & ordinationem ac regimen ecclesiarum pertineat. Extat enim edictum Caroli Cæsaris, primi Hispaniarum Regis, [hodie l. 25. tit. 3. lib. 1. de capil. & l. 5. tit. 6. lib. 1. Recopilat.] quo equidem prælati iniungitur, & Regij magistratibus præcipitur, vt diligentissime curent, ne auctoritate literarum Apostolicarum derogatio fiat iure patronatus laicorum. Atque ideo ex ea pragmatica sanctione Regij consilij Apostolicæ literæ, quibus iuri patronatus laicorum derogatur, examinare constitur: & denique earum executionem suspendunt interim, donec per supplicationis auxilium summus ipse Pontifex certior fiat, quantum detrimentum hinc Reipublicæ imminet, quam graue scandalum suboriatur ex hifce frequentissimis derogationibus, vt tandem huic læsioni publicæ occurrat, ne alioqui laici à pijs operibus ecclesiarum donatione, constructioneque magno religionis incommodo abstineant.

Illud vero in primis iure respondendum erit, posse summum Pontificem derogare, non tantum iuri patronatus ecclesiastico, sed & iuri patronatus laicorum gloss. Communiter recepta in Clemen. 2. vers. Apostolicis. de prebend. Archid. in cap. pia. mensu. 16. qua. 7. Innoc. & omnes in cap. cum dilectis. de iure patro. Abb. in c. 3. notab. 2. idem in c. illud. ad finem eod. tit. & in dispensat. incipienti, Augerio. col. 5. Ioan. And. Domi. & Franc. in cap. de prebend. in 6. late Felin. in tract. quando litera Apostolica nocent patro. col. 2. Rochus in tract. de iure patro. verb. honorisium. qu. 3. post Archid. in d. cap. 2. Cæsar Lambert. in tract. de iure patro. 1. dist. 3. part. 9. q. 9. artic. 2. quorum Opinio dubio procul Communis est. Quæ tamen ita est intelligenda, vt minime iudicemus, summum Pontificem derogare iuri patronatus laicorum, nisi id expressim ex literis consiterit. Sic etenim cõcordi omnium prope sententia diffinitur, vt quemadmodum apparet ex Lapo allegat. 96. gloss. in dist. Clementina. 2. in verb. Apostolicis. Nec in hoc aliqua est cõtrouersia: siquidem omnes iuris vtriusque interpretes, quorum modo meminimus, & alij, qui ab his nominatim citantur, passim asseuerant, non aliter censeri à summo Pontifice derogatum iuri patronatus laicorum, quam si id fuerit literis expressum. Quod non est longius inquirendum, vel ex ea causa, quia ab aliis fuerit satis rationibus & iuribus probatum. Nam & hoc discrimen passim constituitur inter ius patronatus ecclesiasticum, & ius patronatus laicorum, vt priori derogatum censetur per collationem à summo Pontifice factam, etiam si nulla fiat eiusdem patronatus in literis mentio, posteriori vero necessaria sit ad eius derogationem mentio specialis, secundum omnes in dist. ca. 2. de prebend. in 6. tradit Cælsador. decisioe. 4. tit. de proba. præter Felin. in d. tract. quando litera Apost. col. 2. Angel. in l. sed si hac. §. patro. ff. de ius vocand. Lambertinus in d. quæst. 9. art. 3. Rota in nouis 331. col. penul. est ad hoc text. optimus in cap. super eo de officio delegat. Imo. Ius patronatus pertinet ad regem, aliqueum, duces, aut Marchionem, non sufficit, quod in literis mentio fiat iuris patronatus laicorum, nisi & illud fuerit, adiectum, quod illud ius patronatus ad regem, duces vel marchionem spectat. Est enim ad hoc regula cancell. 40. quæ multis alioqui rationibus poterat cõprobari, quas non temere hac in parte missas laicimus, tradidit tamen Felin. in tractat. quando litera Apost. ampl. 8. & Lambert. in dist. quæst. 9. artic. 1. Rebuffus in practi. beneficiorum. 3. parte signatura. num. 68. & Ioan. Lupi. in tract. de beneficiis vacanti. in curia. §. 11. Quod autem diximus de derogatione iuris patronatus laicorum, adeo verum est, vt quamuis in literis Apostolicis dictum fuerit, ad cuiuscumque collationem, seu presentationem beneficium pertinet, nihilominus non comprehenditur beneficium, quod spectat ad presentationem laicorum, sicuti ex eadem ratione scripsere Lupo allegat. 84. numer. 6. Domin. in capit. cum illis. §. 1. de prebend.

prebend. num. 6. colum. vltim. Ioan. Andr. in cap. dilectus. de officio legat. Felin. in d. tract. quando litera Apofol. colum. 3. Barbat. confil. 2. 3. col. 7. lib. 1. loa. Staphilaus de licentia gratia. & iustitia. fol. 54. col. 2. Cæſar Lambertinus in dicit. quaest. 9. artic. 6. & 7. quorum opinio communis est, & tandem etiam constat auctoritate eiuſdem Lapi alleg. 95. nu. 3. Anchar. & Franc. in d. eam in illis. §. cum auro. His accedit, quod & referuatio iure communi ſtatuta de beneficijs vacantibus in curia, licet compræhendat beneficia iuris patronatus eccleſiaſtici, & clericorum, non tamen afficit, nec includit beneficia iuris patronatus laicorum. quam diſtinctionem ex auctoritate gloſſ. ibi deduxerunt omnes vnanimi conſenſu in d. e. 2. de prebend. in. 6. eandem ſequuti ſunt Lapi in d. allegat. 96. Ioan. Andr. in d. c. dilectus. Card. in Clem. 2. q. 7. de preben. & quamuis quibusdam viſum fuerit, gl. in d. e. 2. verb. collatio: contrariam ſententiam potius, quam iſtam probare, verius tamen eſt, hanc diſtinctionem ab eadem glo. deduci, ſi eius quaſtiones diſtinxerimus. Sed & hæc diſtinctio itidem traditur à Rota decif. 331. in noua. à Felin. in d. tract. quando litera Apofol. col. 1. & pen. & in can. noſtra. corol. 78. de reſcripti. Rocho Curtio in tract. de iure patron. in verb. compenſ. q. 24. Ioan. Lupi in tract. de beneficijs vacantibus in curia. §. 11. eandemq; ſequuntur aſſeruerant Communem eſſe gualier. Caſador. decif. 1. de dilatori. Petrus Rebuffus in tract. de nominatio. q. 8. num. 21. idem in praxi. beneficiorum. 3. parte ſignatura. in verb. nec non iure patronatus. num. 20. multa faciunt ad huius opinionis probationem, quæ tradant Ioan. de Selua in tract. de benef. 3. part. q. 11. col. 9. & Card. conf. 69. Cæſar Lambert. de iure patron. 1. part. 2. lib. 6. q. art. 2. qui non ſemel itidem reſtat, hanc eſſe communem opinionem. Qui ſuffragatur tex. in c. dilectus. de officio legat. quo probatur poſſe legatum à latere conferre beneficia iuris patronatus clericorum, idque verum eſt etiam in nuncio Apofolico habente poteſtatem legati de latere, quemadmodum reſponderunt Dec. conf. 128. & Ioan. Crot. in l. 1. ff. de leg. 1. num. 13. tametiſi legatus, etiam à latere miſſus non poſſit conferre beneficia iuris patronatus laicorum, nec huic iuri derogare. ſicuti diſtinxit gloſſ. in d. c. dilectus. & gloſſ. in c. cum dilectus. de iure patron. & illi omnes. Rocho Curtius in tractata de iure patronatus in verb. honorificum. q. 3. num. 10. & ſeqq. Lambert. 3. part. 2. lib. qu. 8. ex quibus & illud conſtat, beneficia iuris patronatus laicorum minime cõprehendi ſub apoſtolicis referuationibus, etiam quæ iure communi ſunt ſtatuta. quod idem Felin. repetit. in dicit. tract. quando litera Apofol. 2. limit. & Lambertin. de iure patrono. 2. lib. 3. part. q. 10. art. 16. Sunt & alia diſcrimina, ac plures differentia inter ius patronatus clericorum, & ius patronatus laicorum, quas poterit lector nominatim deducere ex his, quæ diligentiſſime Rocho Curtius, & Lambertinus de iure patronatus ſcripſere.

Distinguitur autem ius patronatus clericorum à iure patronatus laicorum in hoc, quod illud acquiritur quoties eccleſia bonis eccleſia conſtituitur, vel dotatur, ac denique ratione eccleſia vel dignitatis eccleſiaſticae cõpetit alicui. Hoc vero à rebus proprijs & ſecularis patrimonij originè dux tex. gl. in Clem. 2. in verb. præſentate. de iure patron. Pan. in eam te. col. vlt. & in c. illud de iure patro. Felin. in tract. quando litera Apofol. col. 7. glo. in d. c. dilectus. de officio legat. Rocho Curtius in verb. ius. q. 7. Cæſar Lambertinus de iure patron. lib. 1. q. 1. art. 5. & alibi ſepiſſime. Idem tradit Paul. Paris. in conf. 128. libro. 4. vbi explicat, quid in dubio ſit præſumẽdum ac iudicandũ poſt Fel. ex c. licet. 2. col. de conſtit. & Rochũ verbius. n. 18. q. 9. acceſſoria. 7. q. princip. idem tradit Cæſar Lambert. 2. li. par. 1. q. 6. n. 36. Nec reſert, patronum eſſe clericum, ſi quidẽ & ius patronus laicis adnuſterabitur, ſi ius hoc nactus fuerit ratione proprii patrimonij. Quod omnium conſenſu receptum extat.

Conſtat igitur ex prænotatis, ſummum pontificem poſſe derogare iuri patronatus laicorum, tametiſi neceſſaria ſit expreſſa derogatio, vt de ipſius pontificis voluntate cõſtat. Hæc vero derogationes an Reipublica Chriſtiana conueniant, præſertim vbi frequentiffime contingant ſollicitis nimirum precibus, ne dicam ambitioſis, ac falſis expoſitis cauſis aduerſus piam ipſam ſanctorum pontificum voluntatem impetrata, ipſi viderint, qui nihil aliud curant, quã hiſce, vel alijs modis contra teſtatorum vltimas voluntates, & veterum Canonum decreta, nullum eccleſiaſticum miniſterium exhibentes, pluribus ſacerdotijs, & beneficijs iniuſtiffime ditari. Apud Hiſpanos minime derogationes iſtæ admittuntur, nec admitti conſuevère. Imo ſuprema Regis tribunalia, & qui regio nomine illic iuſtitie miniſterio

præſunt, ſtatim Apoſtolicas literas examinantes propter publicam vtilitatem, earum executionem ſuſpendunt, eandem vſum grauiffimis poenis, & comminationibus interdicentes. Idem & apud Gallos fieri teſtantur Petrus Rebuffus in praxi beneficiorum. 3. parte ſignatura. in verb. nec non iure patronatus. nu. 12. & 37. Idem Rebuffus in tract. de nominationibus. q. 15. nu. 2. & Carol. Molin. in regu. Cancell. de infirmis reſignat. num. 32.

Olim in his Hiſpaniarum regnis, multo ante Cæſaris, qui nunc regnat. principatum, ſupremus Regis ſenatus, id maxime curabat, vt his derogationibus obuiam iretur in his beneficijs, & dignitatibus, quæ pertinent ad ius patronatus ipſiuſmet Regis. Quod late tractat Ioan. Lupinus in tract. de benef. vacant. in curia. §. 11. & 12. Ad id vero pertinet gl. in cap. dilectus. de prebend. in verb. Regu. & alia multa, quæ nos explicuimus in regul. poſſitor. de reg. iur. in 6. 2. part. relect. §. 10. nu. 5. Sed & ipſe Carolus Cæſar, Hiſpaniarum Rex, Anno Domini M. D. XXV. Tolet. edictum pronunciauit, [hodie l. 5. tit. 6. lib. 6. Recop.] ac emiſit in omnia Hiſpaniarum regna hoc decretum, vt nullus à ſummo pontifice impetraret Apoſtolicas literas ad dignitates, vel beneficia, quæ ſunt Regi iuris patronatus, aut impetratis videretur in derogationem conſenſus, ac præſentationis, quæ à Rege ipſo poſtulanda eſt ad eandem beneficia obtinenda, idque grauiffimis poenis ſtabiliuit, eius conſiliarijs, aliſque huius Regni magiſtratus præcipiens, vt diligenter obſeruent, ne quid aduſus Regium ius patronatus fiat auctoritate literarum Apoſtolicarum, quarum executio paſſim ea ratione ſuſpenditur præmiſſa ſupplicatione ad ipſum ſummum eccleſia Pontificem, vt ipſe Chriſti vicarius auditis Hiſpaniarum querelis, quod vtiſus Chriſtiana reipublica ſit, cõſultiffimo ſuffragio decernat, candido animo expendens, quantum interfit Regia iura læſa ſeruari. Hoc ipſum fieri & idem regium edictũ iniunxit in beneficijs patrimonialibus, quæ præuio examine inſcolis, & indigenis ſecundum cuiuſque eruditionem, mores & doctrinam cõferenda ſunt in diocceſibus Palentina, Borgenſi, ac Calaguritana, cum ex immemoriali conſuetudine, tum ex ſedis Apoſtolicæ priuilegio, quod vna vtrique locorum obtineret, fieret vtique vt eccleſijs, & ſacerdotijs ac diuino cultui ſanctius, & diligentius exhiberetur miniſterium, demum anno Domini M. D. XLIII. Madricij idem Carolus rex decreuit, [hodie l. 24. tit. 3. lib. 2. Recop.] idem ſedum fore, quoties Apoſtolicæ literæ fuerint obtentæ in derogationem cuiuſcunq; iuris patronatus laicorum, aut in præiudicium illius iuris, quod ex Romana eccleſia priuilegio Cathedralium eccleſiarum Collegia & Capitula obtinent ad electionem Doctorem virorum ſacra Theologia, & iure Pontificio, vt quõſdam Canonicatus obtineat. Quæ ratione Philippus Caroli primogenitus, Angliæ & Neapolis Rex, Hiſpaniarum princeps, quo vtilius edicta parentis mandarentur executioni, ſumma cum ſedis Apoſtolicæ veneratione nulla in parte eius auctoritate læſa, quis eſſet in his controverſijs ordo ſeruandus apud regia tribunalia præſcriptis Anno Domini M. D. XLVIII. [hodie l. 24. tit. 3. lib. 1. Recop.] ac denique decreuit, præmittendam fore ſupplicationem ad ſummum ipſum Pontificem, vt interim Apoſtolicarum literarum executio iuſtus ſuſpendi poſſet.

Nos vero hoc in capite aliquot lectoribus quaſtiones exponemus breui quoda compendio, ad ea factius intelligenda, quæ hac de re ſolent in praxim incidere, apud Regia Hiſpaniarum prætoria, illud præmittentes, Regia edicta in hoc promulgata & decreta fuiſſe, vt quoties derogatio iuris patronatus laicorum neceſſaria ſit, & fiat tacite, vel expreſſe, tunc ſuſpendendum ſit in executione literarum Apoſtolicarum, & ſupplicatione ad ſummum Pontificem proponenda, ne derogatio iſta effectum habeat. Sic & ſuſpenderi ſolet, atque interim ſuſpenditur executio mandatorum, quæ in dantur derogationem aliorum iurium, quæ paulo ante commemorauimus.

Primum etenim illud quaeritur, an Regis edictis vtamur, vbi beneficia in curia vacauerint, & per ſummum Pontificem fuerint alicui collata, cum expreſſa derogatione iuris patronatus laicorum? & ſane ſi vera ſunt, quæ modo adnotauimus, erit locus in hac ſpecie ſupplicationi ad Pontificem proponenda, & Regis edictis, quemadmodũ & locus eſſet, ſi beneficium extra curiam vacaret. Nam beneficia iuris patronatus laicorum minime comprehenduntur ſub illa referuatione, quæ ſtatuta eſt iure communi in d. ca. 2. de prebend. l. 6. quamuis multa habeat illa referuatio priuilegia,

quæ tradit post alios Ludouicus Gomezi in *regu. de trienniali possessio. quæst. 3. prim. nu. 19.* & ideo necessaria est specialis derogatio iuris patronatus laicorum, vt collatio beneficij vacantis in curia valeat, siquidem iure reservationis valere non potest, ergo sicuti receptum est in his Hispaniarum regnis, non esse adittendam derogationem iuris patronatus laicorum, vbi beneficia extra curiam vacauerint ita nec admittitur, nec admitti solet, quoties beneficia apud sedem Apostolicam vacare contigerit, cum ad beneficia iuris patronatus laicorum nequaquam pertineat reservatio illa quæ in *d. c. statuitur*. Sic Petrus Rebuffus in *praxi beneficiorum in 4. part. signatura. in verb. & iure patronatus. nu. 64.* refert, quo ad ius patronatus regibus competens, statutum fuisse ab Alexandro sexto per regulas Cancell. tit. de derogatione iuris patronatus, quo ei nusquam derogetur, etiam expressim, etiam si beneficia vacauerint in Curia Staphileus item de *litteris gratia & iustitia. fol. 54. col. 1.* asserit nusquam derogari iuri patronatus Regum etiam si beneficia vacauerint apud sedem Apostolicam. Idem scripsere Ioan. Monachus & alij in *d. c. 2. Cardin. in præterea in prim. de iure patron. & conf. 57. Felin. in c. nihil. 2. col. de rescrip. Ioan. Lupi. de beneficiis vacant. in curia. §. 11.* quod non solum obtinet in beneficiis iuris patronatus regij, sed etiam in his beneficiis, quorum collatio ex priuilegio ad reges pertinet, aut ex præscriptione Quæ quidem Beneficia regalia dicuntur, ea non confert Papa, etiam si in curia vacauerint, quemadmodum ipse Ioannes Monachus, & Doct. fatentur, ac Ioan. de Selua in *tractat. de beneficio. 2. part. q. 23.* Aneas de Falconibus in *tract. de reseruat. 3. quæst. princ. nu. 13.* & Rubuffus in *tract. de nominationibus. q. 15. nu. 9. imo* & idem erit si hæc beneficia pertineant ad præsentationem, vel collationem Ducum, Marchionum, vel Comitum ex ratione *regu. 40. Cancell. quod ipse Aneas à Falconibus asseruerat*. Sed si derogatio fiat iuri patronatus laicorum quorumcunque, etiam si beneficia vacauerint apud sedem Apostolicam. Idem passim seruatur, cum idē iuris in hoc casu obtineat, quod denique obtineret si beneficia extra curiam vacarent, sicuti superius explicuimus. tamen si Ioan. Staphileus in *d. tract. de litteris gratia & iustit. fol. 54.* testetur consueuisse Papam derogare iuri patronatus laicorum, quoties per obitum vacauerit beneficium apud sedem Apostolicam. Hæc tamen derogatio apud Hispanos non admittitur ex his rationibus, quibus nec admitti solet, quando beneficia extra curiam vacauerint.

Similiter, si Beneficia patrimonialia, vel Canonicatus Cathedrali ecclesiarum, qui Theologis Magistris, & iuris Pontificij Doctoribus ex electione sunt conferendi, apud sedem Apostolicam vacauerint, nõ facile admittitur derogatio huius priuilegij, vel cõsuetudinis, nec recipitur summi Pontificis collatio in præiudicium ecclesiarum, quibus maxima vtilitas comparatur, si ad vnguem, & exacte iura ista seruentur. Hoc ipsum comprobari poterit ex gl. celebri in *c. cum in ecclesia. de præbend. lib. 6.* quæ ad finem probat, hæc beneficia, quæ ex consuetudine Magistris, aut Doctoribus sunt conferenda, non comprehenduntur sub reservationibus, nec sub litteris Apostolicis, quæ expectatiue dicuntur, cuius gl. opinionem præter Doctor. ibi sequuntur Ludouic Gomezi in *tract. de expectatiuis. nu. 93.* Gaspar Perusinus in *tract. de reservationibus*, & Aneas à Falconibus in *eo tract. q. 3. nu. 22.* non tamen diffiteor opinionem istam dubiam esse, quo ad hæc patrimonialia beneficia, & canonicatus propter verba illius reservationis, cuius mencio fit in *d. c. 2.* quæ ad eo generalia sunt, vt & hæc beneficia comprehendere videantur. Propterea lectorem admoceo hac in controuersia, quod diligenter obseruet, quid praxi receptum fuerit, & quid sit Christianæ reipublicæ, ac ministerio diuino conducibilis, siquidem admodum conducatur, hæc beneficia non comprehenduntur vllis reservationibus.

Cæterum ad hanc reservationem, quæ beneficijs vacantibus in curia tractat, duo libet adnotare obiter, ne quis eius vim propriam ignoret. Nam gl. in *c. statutum, de præbend. in 6.* existimat, idem esse vacare beneficium in curia, & apud sedem Apostolicam. Idem videtur Doct. illic probare communiter, cum aliqui maximū sit inter hæc duo discrimen, plura siquidem beneficia vacant in curia, quæ non dicuntur vacare apud sedem Apostolicam. idcirco erit obseruandum, quod Beneficia vacantia apud sedem Apostolicam dicuntur vacare in curia, non tamen vacant apud sedem omnia illa beneficia, quæ dicuntur vacare in curia, vacant enim apud sedem Apostolicam, & in curia beneficia illa, quæ re-

seruantur in *d. c. 2.* & in *d. c. statutum.* & in *c. presenti. eod. tit.* nempe per obitum contingentem in ipsa curia Romana, vel inter duas dioceses vacant autem in curia, & non apud sedem beneficia, quorum resignatio fit in curia Romana, licet ille, chidiaco in *d. c. 2. glo. optima in Clem. 1. vt lise pendet. in verb. collatio.* & illic Bonifacius conclus. 10. Paris. conf. 10. lib. 4. Petr. Rebuffus in *praxi beneficiorum. cap. de procuratore ad resignandam. nu. 28.* & omnes in *d. Clem. 1.* illius glossæ autoritate, quam sequuntur vlt. lib. 1. Felinus in *c. vlt. col. 5. de foro comper.* & in hac specie idem notat Romanus conf. 342. cuius opinio & responsum in illatione quadam licet placeat Ludouico Gomezio in *regu. de infirmis. q. 30.* & q. 33. optime tamen refellit à Carolo Molinæo in eadem regula de *infirmis resignantibus. nu. 103.* Item beneficia familiarium & officialium Romani Pontificis, quocunq; loco vacauerint, dicitur vacare in curia. Thomas Fabrotus *ad h. Rota 53.* non tamen apud sedem Apostolicam, & beneficia reseruata, si vacauerint tempore reservationis, de ea nondum finita, vacare dicuntur in curia, non tamē apud sedem, quod constat ex Cald. conf. 9. tit. de præbend. siue vacauerint in loco à curia remoto, siue propinquo. Hæc sane distinctio probat late Ludouicus Gomezi in *reg. Cancell. de trienniali possessio. q. 31. col. 1.*

Sed quamuis hæc reservatio iuris communis nõ includat, nec comprehendat beneficia iuris patronatus laicorum, quo ad tollendam patronorum præsentationem, bene tamen ea complectitur, quo ad institutionem, quæ prælati competit. Nam illa petenda est à summo Pontifice secundum gloss. *reg. Cancell. 40. ad finem.* Cuius opinionem probat ipse in *Episcopatibus Abbatis, Prioratibus, Decanatibus, & aliis dignitatibus, quæ summo Pontifici reseruantur per reg. 2. & 3. Cancell.* in his etenim laici patroni videntur præsentatione, & eam exhibere tenentur Romano Pontifici, nõ prælati inferioribus. At in beneficiis minoribus, si pertineant ad ius patronatus laicorum, vel alia ratione minime comprehendantur reservationibus, præsentatio fieri potest apud Episcopum ordinarium, cum hæc beneficia excepta sint & exempta omnino à reservationibus, & ideo nec quo ad institutionem, nec quo ad præsentationem sub eisdem continentur. Atque ita receptum est in beneficiis iuris patronatus laicorum, quæ vacant mensibus Apostolicis, vel per obitum illorum, quorum beneficia sedi Apostolicæ vel iuri communi, vel regulis Cancellariæ, vel extrauagantibus constitutionibus fuisse reseruata. fit etenim præsentatio per patronum laicum Episcopo, & ab eo petitur, ac fit institutio iuris ordine seruato.

Secundo illud erit obseruandū omnino, ac menti tenendum, quod licet Ius patronatus originem habuerit ex patrimonio alicuius laici, fuerit tamen vel ab iurico, vel postea donatione, testamento, aut alio quouis titulo in ecclesiam translatus, aut in Collegium ecclesiasticum Canonice regularium, vel secularium, ita quod ad id Collegium pertineat præsentatio, dicitur plane hoc ius patronatus Clericorum & Ecclesiasticum, non laicorum, text. hoc probat satis aperte in *c. vltimo §. vltim. de iure patronat. in 6.* notant idem Maria Socin. in *capit. de Monach. de præbend. vi. col. Felin. in tract. quando littera Aposto. 6. limitatione.* Casar Lambertinus. in *tract. de iure patro. lib. 1. q. 1. art. 8.* qui hoc ipsum expressim asseruerant non tantum, quo ad priuilegia, sed etiam quo ad derogationem, quemadmodum tenet glo. in *verb. ecclesiasticus. illic communiter recepta d. c. vltimo §. vltim.* idem responderunt in specie Paulus Paris. conf. 128. nu. 19. & seqq. lib. 4. Casar Lambertinus in *d. tract. lib. 2. part. 3. quæst. 9. art. 20.* quæ ratione cum hoc ius patronatus, etiam quo ad derogationem censi debet Clericorum & Ecclesiasticum, minime pertinet ad huius regni edicta, nec sub illis continetur. Quo fit, vt reservatio iuris communis, cuius mencio fit in *d. c. 2. de præbend. in 6.* in his obtineat beneficijs, quæ ad hoc ius patronatus pertinent.

Tertio oportune quaritur, quid respondendum sit, vbi ius patronatus pertineat ad Clericum, simul & ad laicum. Nam & in hac specie, quo ad derogationem hoc ius patronatus censi ecclesiasticum tenent Rota in *antiqua. 266. 102.* Staphileus de *litteris grat. & iustit. fol. 54. col. 2.* quibus suffragatur glo. in *d. cap. vltimo §. vltim.* quæ cenet, hoc ius patronatus proprie & vere dici ecclesiasticum, & vt tale iudicandum fore quam opinionem sequuntur Abbas in *cap. de quarta. col. 6.*

de prescriptione. Felin. in d. tract. quando litera Aposto. col. 4. Rochus Curt. in tract. de iure patro. in verb. ius. qu. 7. princ. & qu. 1. accessoria. ac plerique alij. Nam & Opinio gloffe Communis est, quod tamen procedit quo ad privilegia, & commodaturis patronatus ecclesiastici. Hæc enim ratione communionis fortitur patronus laicus, non autem damna, & incommoda. Et ideo quo ad derogationem, & reservationem verius est, quod hoc ius patronatus sit censendum iure laicorum, non autem iure patronatus ecclesiastici, quemadmodum tenuerunt Frederic. consil. 66. scribens hanc opinionem Communem esse. Panormitanus in cap. vltim. de iure patron. idem in c. dilectus de offi. i. legat. Felin. & Rochus Curt. in locu paulo ante citatis. Guilielmus Cassador. decis. 7. de iure patron. Hieronym. Gigas de pensionib. qu. 24. Barba. in d. c. dilectus. Domini. & Fran. in d. c. vltim. ad finem. idem Felin. in c. vltima cap. Carol. 38. de rescriptis. Casar Lambertin. de iure patron. 2. lib. 3. part. 9. art. 9. Petrus Rebuffus in tract. de nominationib. qu. 15. nu. 7. Sic sane in hac specie clericus gaudet privilegio socij laici, aut potius laicus minime patitur præiudicium, nec pati debet ex societate clericis. Hoc etenim æquum est, quod in re individua non patitur quis præiudicium ratione societatis, quæ illi cum altero communis est. Et vt præiens quæsitio alicuius sit ambiguitatis, oportet constituere primitus, quod in hac communiōe clericus habet ius patronatus ecclesiasticum ratione ecclesie. nõ ratione patrimonij. Igitur cum in hoc casu huius quæsitiois quo ad derogationes ius hoc patronatus laicorum sit, non clericorum, omnia illa sunt caute observanda, quæ iure communi, & huius Regni consuetudine, forensi vsu, & Regis edictis circa derogationem iuris patronatus laicorum sunt statuta. Quod si ius patronatus ad laicum vnum, & ad duos clericos ratione ecclesiarum pertineret, ita quidẽ quod maior pars ex duob. clericis, & potentius suffragium constaret quo ad præsentationem, possit admitti huius patronatus derogatio, quia maior pars, quæ in præsentatione iure potiora obtinebit, huius conditionis est, vt derogationem admittere teneatur. Huius conclusiois exemplum constitui potest, quãdo ius patronatus pertinet ad decanum ecclesie alicuius, & ad priorem monasterij, & ad Petrum laicum. Qua in re oportet legere, quæ notat Lambert. l. 1. de iure patro. l. q. art. 7. nu. 5. Nam vbi omnes patroni essent laici, non solet admitti derogatio in totum, nec in parte, nisi sub ea clausula, cum maior patronorum pars consenserint. Quo casu profecto non admodum necessario est derogatio iuris patronatus, siquidẽ præsentatus ab ea maiori parte instituendus esset ab Episcopo, vt in hac specie admonet Petrus Rebuffus in practica beneficiorum, nu. 3. paræntura, in verb. & iure patronatus, nu. 65. qui nu. 12. testatur apud Gallos admitti derogationem, quæ à summo Pontifice fit, iuri patronatus laicorum, quoties minori numero patronorum derogatur, tamen apud Romanam curiam passim derogatur iuri patronatus laicorum pro parte dimidia secundum Staphilæum in tract. de literis gratiæ, & instit. fol. 55. colum. 2. quod nec apud Gallos, nec apud Hispanos admittitur. Igitur vbi maior pars patronorum ius patronatus ecclesiasticum obtinet, derogatio, admitti poterit, quippe quæ minori numero patronorum laicorum fiat in effectum.

6. Quarto frequentissime poterit dubitari, quid dicendum sit vbi laicus patronatus, aut ius præsentandi per privilegium aut prescriptionem adquisierit. Nam in hac specie posse conferri beneficium per Papam, & valere collationem, etiam absque speciali derogatione, etiam si nulla mentio facta fuerit iuris patronatus laicorum, & comprehendendi sub reservationibus, atque item à legato de latere sedis Apostolicæ per institutionem & collationem alicui dari, probare conantur Frederic. consil. 65. Cardin. consil. 69. col. 2. Dominic. consil. 45. col. 3. Calder. consil. 19. tit. de iure patron. Alexand. consil. 74. lib. 4. col. vlt. Nam licet illud responsum non fuerit Alexand. statim tamen subsequitur subscriptio Alexandri consil. 75. idem tenent Anton. Cardin. & Abb. in c. dilectus, de offi. lega. Deci. id. consil. 117. & 11. consil. 169. Aymon. consil. 63. n. 6. Ioan. de Selua. in tract. de beneficio. 2. part. q. 3. col. 8. & 3. part. q. 11. col. 18. Rochus Curt. de iure patron. in verb. honorificum. q. 3. nu. 12. Hieronymus Gigas de pensionib. q. 24. Felin. in tract. quando litera Apostolica. limit. 11. Rursus idem Rochus Curtius in verb. competens. qu. 24. Guilielmus Cassador. decis. 4. de iure patron. & decis. vlt. cod. tit. & decis. 4. de probat. Casar Lambertin. de iure patron. 2. lib. 3. part. q. 9. art. 25. & q. 8. art. 3. vbi asseruerat, hanc opinionem commu-

nem esse, idem Rochus, & alij iuniores passim fatentur. Nec quiquam controuertit. hanc sententiam frequentiori Doctorum suffragio receptam esse, vel ex eo, quod cesset ratio, quæ iura pontificia prohibuerunt has derogationes, cum in hisce casibus nihil laici contulerunt in ecclesias. Atque ita omnium consensu hæc opinio admittitur, siue ius præsentandi competat ex prescriptione, consuetudine, vel privilegio Papæ, tamen Anton. in d. cap. dilectus. ab aliis dissentiat, vbi laicus habet ex privilegio Papæ ius patronatus. Eandem opinionem communem sequitur Ioannes Staphilæus, de literis gratiæ, & instit. fol. 55. colum. 1. & licet Ioan. Imola in cap. dilectus de offi. i. leg. existimet hanc opinionem communem non esse rotam, nec veram, quia laici adhuc absternerent ab edificandis, ac constituendis, & dotandis ecclesiis, si viderent, passim derogari iure patronatus laicorum vtunque quæsitio. Hæc opinio Imolæ p̄bilet procedere, vt laici allegarent, ius patronatus, & ius præsentandi sibi competere ex dotatione, constructione, vel fundatione, & ad hoc probandum vtuntur temporis cursu, eiusque prescriptione, pluribusque præsentationibus, ex quibus nulla probata fundatione, dotatione, vel constructione probatio sufficiens constet ipsius iuris patronatus legitime adquisiti, iuxta iuris communis statuta, nempe dotatione, constructione, vel fundatione. Quemadmodum sensere Felin. Deci. Lambertin. & Cassador. in præcitatis locis, alioqui opinio Imolæ omnium consensu refellitur. ipse tamen quantum ad praxim attinet, duo, vel tria in hac quæstione adnotabo.

Primum, in his Hispaniarum regnis minime admittitur derogatio iuris patronatus laicorum, à quib. non allegatur, nec proponitur temporis vsus, vel prescriptio ad ipsius patronatus acquisitionem, sed ad eius probationem, quasi temporis vsu plurimisque præsentationibus probetur ius patronatus adquisitum fuisse non prescriptione, sed vel dotatione, vel constructione. Etenim in hoc casu non differt hoc ius patronatus, quo ad derogationem ab illo quod vere constat constructione, vel donatione acquisitum fuisse.

Secundum, in iure patronatus Regio, nempe quod Regi competit, etiam quoad præsentationem tantum, ex privilegio, aut legitima, prescriptione, adhuc non admittitur derogatio, quamuis ea fiat autoritate sedis Apostolicæ, aut per ipsum summum Pontificem expressim facta mentio Regiæ dignitatis. Imo nec consuetudine summi Pontificis his derogationibus vti propter Regiæ dignitatis consuetudinem. Idem erit in iure patronatus competenti alicui Duci, Marchioni, vel Comiti. Nam & hi quo ad derogationem Regibus pares censentur in reg. 40. Camel.

Tertio, in hac quæstione propter generalia verba edicti Regij & generalem huius regni consuetudinem, fortassis non admittetur derogatio, quæ fit iuri patronatus laicorum consuetudine, prescriptione, aut privilegio adquisito, atque ita quandoque obtentum fuisse certo scio, tamen nulloquam in hoc Granatensi prætorio hac de re, quod ego sciam, fuerit controuersum. Sic & in hac specie, has derogationes, etiam Apostolicas, non admitti apud Gallos, asseruerant Petrus Rebuffus in practica beneficiorum 3. parte signaturæ. in verbo, & iure patronatus. num. 24. & Carolus Molinæus in reg. Camel. infirmis resignantibus, num. 34. & idem in Alexand. consil. 74. lib. 4. colum. vlt.

Quarto, est in hac quæstione obseruandum, quod in dubio ius patronatus præsumitur à laicis adquisitum ex constructione, dotatione, vel fundatione. Nam his modis iure communi acquiritur, c. 3. de iure patron. cap. i. mentis & ibi gloff. 16. q. 7. cap. Abbatem in secund. 18. q. 2. & hi modi æquipollent inuicem, vt in eleganti casu tradit Guilielmus Cassador. decis. 6. de iure patronatus, atque ideo in hoc dubio, vbi de origine acquisitionis dubitatur, præsumptio iure constituta videtur quod adquisitum fuerit ius patronatus dotatione, constructione, vel fundatione, sicuti explicat Panor. per text. ibi in c. querelam. col. 3. de electio. idem Panorm. in consil. 76. & 106. l. b. 2. & Cassador. decis. 7. de iure patron. n. 6. sentit Cardin. consil. 69. quem legito Nam & eius responsum examinat optime Cassador. in d. decis. 7.

Quinto, principaliter queritur, an Regiæ edicta, & communis Hispaniarum praxis sit admittenda in eo casu, quo patroni qui possident ius patronatus, & quibus ratione possessionis incumbit, & competit ius præsentandi, veri

patroni non sint, & aliis vere hoc ius quo ad proprietatem competit? Etenim in hac specie posse admitti collationem Romani Pontificis, & esse validam, etiam nulla facta mentione iuris patronatus laicorum, atque iaco non agi hoc in casu de vlla derogatione, asseuerat Ioan. Staphil. de literis gratiæ, & iustit. fol. 66. col. 1. authoritate Card. in d. cons. 66. in 3. dubio, vers. sufficit enim. Sed dubio procul doctissimus Staphilæus fallitur, nec quicquam eius sententiam coadiuuat ipsius Card. responsum vtur sane Staphilæus ad probationem huius conclusionis hac argumentatione, De laicis, qui sunt in possessione iuris patronatus, & presentandi, non est necessario faciendâ mentio ad derogationem, quia patroni non sunt, sed tantum ius habent presentandi ex possessione, nec item de veris patronis, ex quo per literas Apostolicas eis non fit præiudicium, quo ad presentandionem, quæ ipsi, licet sint veri patroni, non competit, sed possessionibus, igitur non est in derogatione huius iuris patronatus necessaria mentio alicuius patroni laici. Imo nec in hoc casu iuri patronatus laicorum derogatur, nec aliquod laicis patronis præiudicium fit. vnde omnia cessant, quæ iure communi, & edictis Regiis circa derogationem iuris patronatus laicorum fuere statuta. Hæc verò argumentatio palam deficit ex eo, quod licet non sit faciendâ mentio ad derogationem validam iuris patronatus laicorum de ipis veris patronis, sicuti notat Fel. in d. tract. quando litera Apost. limitat. 9. ex responso Card. necessario tamen fieri debet, & sufficit, si fiat de ipis possessoribus iuris patronatus, quibus ratione quati possessionis competit ius presentandi. Quod in specie tradit Card. in d. consilio 19. ad finem, quem sequitur Lambertinus de iure patronat. 2. libro 3. parte qu. 9. art. 23. & Deci. in cons. 117. & idem multa in huius opinionis confirmationem adducit in cons. 163. ex capitulo consultationibus de iure patronat. vbi glo. elegans Communiter recepta. late Rochus Curti. de iure patronat. in verbo. competens. qu. 19. idem Deci. cons. 127. Imol. col. fin. & Ripa calum. pen. in cap. cum ecclesia Surrina de caus. poss. latissime Cæsar Lambert. 2. lib. de iure patronat. 1. parte. qu. 3. apud quos plura tractantur hæc de re, quæ nos obiter alio in loco adduximus, & hæc in parte non temere omitimus. Ex quibus mihi satis constat, esse necessario faciendam mentionem in hac derogatione ipsorum laicorum, qui ius patronatus possident, licet alij veri patroni sint, de quibus non est faciendâ mentio interim, & dum possessores ius illud, quod ratione & causa possessionis sibi iure datur, coniuncti & per sententiâ condemnati nondum amiserint. Deinde semel constituto iure patronatus, vbi verus patronus alter sit à possessore, fieri nequit, quin vel vero patrono, vel possessori per derogationem præiudicium fiat. Nam si omnia quæ à Doctoribus traduntur, exacte & ad amissim examinentur, cõmperiet lectior, vel possessori, vel vero patrono ius presentandi cõpetere. Siquidẽ vbi possessor vel causa malæ fidei, vel quia per sententiâ conuictus est, non habet ius presentandi, verus patronus admittendus est omnino ad presentandionem, nec priuari debet iure presentandi, vt docet optime Lambertinus in d. qu. 3. art. 7. quidquid alij absque vlla ratione scripserint. Igitur quoties patroni laici possessoris mentio necessaria non est, erit profecto necessaria mentio veri patroni laici, & ideo in casu huius quintæ quæstionis non est admittenda opinio Staphilæi, nec differt hæc species ab aliis, in quibus patronis laicis non debet fieri præiudicium, & in quibus derogatio iuris patronatus laicorum praxi, & consuetudine minime admittitur.

Sexto ad eandem rem iudem controuertitur an sit admittenda derogatio iuris patronatus laicorum, & collatio beneficii facta per summum pontificem, absque patroni laici presentandione vbi beneficium erat apud Curiam Romanam litigiosum, & Guilielmus Cassado. decis. 3. tit. vi. lite pendente. probare conatur, posse summum Pontificem absque consensu patroni laici conferre beneficiũ vacans in curia si illic erat litigiosum eo tempore, nec requiri hoc in casu expressam derogationem iuris patronatus laicorum, nec aliquam eius rei mentionem, quia patronis laicis nõ habentibus in hac specie ius presentandi, vt vere ipsi non habent, nullum præiudicium fit. Atque ita scribit, in Rotæ pratorio pronunciatum fuisse. Hanc opinionem itidem tenet Ludou. Gomez. in reg. Cancell. de impetrat. per obit. famil. Card. qu. 8. n. 7. Horum authorum ea est potissima ratio, quod lite pendente apud summum Pontificem inter duos super aliquo beneficio, non est ab inferioribus habentibus alio-

qui ius conferendi vel eligendi procedendum ad electionem, vel collationem, siue vterque litigantium, siue alter tantum moriatur in Romana Curia, iuxta distinctionem tex. in Clem. 1. vt lite pendente. & in c. 1. & 2. eod. tit. lib. 6. ergo si in apud summum Pontificem, siue vterque discordibus lit tractetur Romana Curia, siue alter illic, vel alibi, patroni nõ possunt presentare, nec habent tunc ius presentandi. Nihilominus vltimo collatio à summo Pontifice facta nihil eorum iuri derogat, & ideo non obstante consuetudine, & praxi Hispaniarum, atque regis edictis admittenda videtur. Nihilominus vltimioris est hæc de re inquirendum, ne quem forsitan decipiat generalis admodum, & indefinita conclusio à preteritis authoribus probata, oportet enim aliquot casus distinguere ad huius quæstionis apertiorẽ intellectum.

Primus casus constituitur, quoties lit tractatur in Curia Romana inter duos Presentatos à patronis discordibus, super eadem presentandione, nondum sequuta institutione. Et tunc, etiam si vterque moriatur Romæ, non est locus constitutioni Clem. prim. vt lit. pendente. nec dicitur vacare beneficium in curia, nec est illius collatio summo Pontifici reseruata, quia nondum erat per collationem ius illis acquisitum in beneficio, nec vlla vacatio beneficii datur, glo. ab omni recepta in d. Clem. 1. verb. collatio. in prin. vbi eleganter Bonifacius n. 47. & Collectari in c. accedens. de concess. prebend.

Secundus casus contingit, vbi lit tractatur in Curia Romana inter duos presentatos, & institutos, ac lite pendente vterque moriatur Romæ, vel possessor beneficii Romæ, alter extra curiam: tunc sane in iure patronatus ecclesiastico obtinebit reseruatio, quæ fit in d. Clem. 1. ac in iure patronatus laicorum illa reseruatio locum non habet, sicut nec alia, quæ traditur in c. 2. de prebend. in 6. & ideo quæ superius de illa diximus, erunt & in hac specie adhuc quo ad edicta Regia obseruanda. Nec quidquam vrget tex. in cap. 1. & 2. vt lite pendente. in 6. quia iam est lit finita per mortẽ vtriusque litigantis, & ea ratione vacat omnino beneficium, ac poterit patronus libere presentare, vnde si conferatur beneficium à Romano Pontifice ex hac vacatione, necessaria est derogatio iuris patronatus laicorum expressi imo in his Hispaniarum regnis ex praxi & consuetudine, atque regis edictis super sedebitur huius collationis executioni. Illud vero, quod diximus, litem esse finitam per mortem vtriusque, ita quidem vt ex tunc collatio, vel presentatio fieri possit iure ordinario, probat tex. elegans in d. Clem. prim. vt lite pendente. in prima eius parte. vnde Guilielmus Cassador. & Gomez. non videntur quæstionem in hac specie tractasse.

Tertio quandoque, lit agitur in curia Romana inter duos presentatos à patronis discordibus, & alter tantum mortem obierit Romæ, vel alibi, nam hoc non refert quantum ad decisionem modo proponendam, & in hoc casu quidã exaristimant, pendente lite, non posse patronum etiam laicum, alium presentare, quia impeditur autoritate tex. in d. c. 1. & 2. vt lite pendente. lib. 6. Huius opinionis auctores sunt Lopus allegat. 22. Calderin. cons. 1. vt lite pendente, & cons. 18. de iure patron. Dominic. & Franc. in d. cap. 1. Quorum Opinionem asserit Communiter esse Rochus Curtius de iure patron. in verb. honorificum qu. 23. Ludou. Gomez. in regul. de subrogandis collig. q. 13. quam & ipse probare videtur in d. c. 2. ibi presentetur. ac tandem eadem ratio persuadere fortassis ad hoc, quæ datur ad prohibitionem electionis, & collationis, quæ plane prohibentur in d. c. 1. & 2. Sed ex aduerso aliis placet patronum laicum, etiam pendente lite posse alium presentare vel accumulando, vel variando, quoties institutio sequuta non est presentandionem ab eo factam, quia licita est laicis intra quatuor menses variatio, nec libertas illa lite pendente tollitur, & ideo non obtinet hoc in casu prohibitio, quæ fit in d. c. 1. cum illic tractetur de electionibus, & collationibus, in quibus non est variatio iure permilla, imo expectandus omnino est litis euentus. Sic sane opinionem istam tenuerunt Cardin. in c. 9. de avails. q. vlt. de iure patron. Ioan. Andr. in d. c. 1. vt lite pendente. in 6. Idem alij sensere, quos sequitur, scribens hanc Opinionem Communem esse Cæsar Lambertinus de iure patron. 2. lib. 1. part. 1. 6. quæstion. artic. 12. qui respondet ad textum in d. cap. 2. esse intelligendum in presentandionibus patronorum, etiam laicorum, quas secuta fuerit institutio, aut saltem quoties ex duobus presentatis alter fuerit iam institutus, nam & possessionem adeptus est, vt illic expressim probatur.

iure ordinario, aut iure reservationis alicuius, cū hæc non afficiat beneficia iuris patronatus laicorum, non posse summum Pontificem, nisi expressim iuri patronatus laicorum deroget, mortuo colliganti tertium quandam subrogare. Quod si dixeris, in hoc casu hanc derogationem iuris patronatus laicorum esse omnino admittendam, etiam sine mentione iuris patronatus laicorum, qui laici patroni pendente lite in Romana Curia inter presentatos non habet ius presentandi, & ideo illis præiudicium non fit: profecto facilis est responsio ex d. Clem. 1. *vt lite pendente*, qua constat, pendente lite in Romana Curia, mortuo altero litigante non posse beneficium interim conferri, sed expectandum esse litis euentum, vt si pro mortuo lata fuerit sententia, & is extra curiam obiit, fiat collatio ab ordinario. Ergo Romanus Pontifex præiudicaret ordinario, si interim loco defuncti alium substitueret, & subrogaret, sicuti apertissime illa constitutio exponit, dum in vltima parte admonet, posse nihilominus Papam, si ipse velit, hoc præiudicium ordinario irrogare, & eius collationem impedire.

In his vero beneficiis, quæ pertinent ad ius patronatus laicorum, vel clericorum etiam mortuo altero litigante, vel liti cadente, causæ & controuersia definitio expectanda est omnino ad effectum, vt si pronunciatum fuerit ad defuncti beneficium pertinuisse, vel neutrum, tunc fiat presentatio ac beneficium illud per patronos, vel omnino vacans, gloss. in lignis, & illic ab omnibus probata in d. c. 2. *vt lite pendente*, lib. 6. in verb. *fnita*. Quod & text. ille probat, & deducitur ex d. Clem. 1. eod. tit. vnde pendente lite inter presentatos non currit patronus tempus ad presentandum, atque ita inibi glossa præcitata satis in specie definitur, & post eam Ioannes Andreas col. pen. Cardin. in oppo. post. 9. qu. in cap. 3. *de iure patron.* Idem Ioannes Andreas in cap. cum voi. de officio ord. Cesar Lambertinus in tract. de iure patron. 2. li. 2. part. 1. art. 9. n. 16. & n. 14. quorū opinio vera est, & æquitati potissimum accedit.

Ex his ergo deducitur, Collationem beneficii, apud curiam Romanam litigiosi mortuo vtroque litigatore, vel subrogationem altero mortuo, à summo Pontifice factam absque vlla mentione iuris patronatus laicorum, ad quos id pertinebat, minime valere, atque ideo, vt collatio, vel subrogatio valida sit necessariam fore derogationem expressam iuris patronatus laicorum. Quæ quidem derogatio apud Hispanos admitti non solet, vt non semel admonuimus, idcirco hæc in re oportet diligentissime cauere atque expendere ne vlla fraus fiat. Nam summus ecclesiæ Pontifex hisce de rebus consultus non permittet ita passim patronorum laicorum iura tolli, & quandoque prorsus abrogari.

Septimo queritur de beneficiis, pertinentibus ad ius patronatus, & presentationem alicuius fraternitatis laicorum, qui solent causa Pietatis collegia quedam constituere, quæ Hispani *cofradías* appellantur, de quibus ipse tractauit quæstionem quandam in c. officij. n. 12. de testam. Nam & horum laicorum ius patronatus ecclesiasticum esse, & censerit, quoties fraternitas, seu Collegium adhæret alicui ecclesiæ, à qua nomen accipit, & titulum, vt Fraternitas S. Petri & S. Michaelis in vrbe Toletana, probare conatur Cesar Lambertinus de iure patronat. lib. 1. qu. 1. art. 10. nu. 4. idem ante ipsum tenuerat Hieronym. Paul. in practice. Cancellar. fol. 41. vers. in causa mea maioricensi. Qui loquitur in specie de iure patronatus competentis laicis magistris Fabricæ alicuius ecclesiæ. Ego vero cenfeo, hoc ius patronatus, & ei simile non esse ecclesiasticum, sed laicorum.

Nam etiam si hoc Collegium causa pietatis constitutum adhæreat, & sit affixum alicui ecclesiæ, ipsi tamen, ex quibus Collegium, & vniuersitas constat, & ad quorum voces, ac suffragia presentatio fit, laici sunt omnino, & ad hanc vniuersitatem laicorum presentatio pertinet, non ad ecclesiasticam, nec ad aliquam ecclesiasticam dignitatem. Sic sane aliquot aliis rationibus adductis hanc opinionem veram esse censet Felinus in tract. quando literæ Apostolicæ, limit. 4. & Rochus Curtius de iure patron. in verb. ius. q. 7. q. 3. accessoria. n. 17. vnde omnia, quæ conueniunt iuri patronatus laicorum, erunt plane applicanda, & aptanda huic iuri patronatus competenti fraternitatibus laicorum, etiam si hæc collegia adhæreant alicui speciali ecclesiæ. Atque ideo apud Hispanos non admittuntur derogationes, quæ fiunt in præiudicium presentationis, quæ ad hæc Collegia pertinent.

Octauo, ad eandem controuersiam alia suboritur dubitatio, an vbi apud sedem Apostolicam fuerit facta permutatio beneficiorum, & eius causa sequuta sit collatio à Romano Pontifice obtemperata sine consensu patroni laici, possit derogationis? qua in quæstione possit examinari diffinitis illa disputatio quæ solet expendi, an permutatio absque consensu patroni facta, vel eo non vocato, sit nulla ipso iure vel eo contradicente per sententiam rescindenda. Quam equidem quæstionem tractauere Freder. in tract. de rerum permut. qu. 30. & illic Lopus in additio. Panormit. in c. cum dilectum de rerum permut. Felin. in c. cum Bertoldus. col. 5. de re iud. idem in cap. quoniam. col. 4. in princ. vt lite non contest. Rota in nouis 307. Ioan. Andr. & Franc. in c. vno de rerum permut. in 6. Abb. col. 4. & Felin. in 19. c. cum accessissent. de consuet. in 6. Abb. col. 4. & Felin. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 22. col. 3. Domi. cons. 50. Chaff. cons. 17. Aymon. consil. 82. Ioan. Staphil. de literis grat. & infl. fol. 56. col. 2. Roch. Cur. in tractat. de iure patron. in verb. honorificum. q. 3. omnium latissime Cesar Lambertinus de iure patron. 2. li. part. 1. quæst. 6. art. 6. Panormit. in quæst. 5. num. 7. vers. item aperte, Petrus Rebuffus in praxi beneficiorum, 3. part. signata. in verb. & iure patronatus. num. 40. & in c. de permut. num. 21. Nos tamen eam modo missam facimus, cum solū sit hoc in loco agendum de derogatione, quæ fit iuri patronatus laicorum. Omnes etenim conueniunt in hoc, quod vbi permutatio fuerit facta sine consensu patroni laici, vel ecclesiastici, vel ipso iure, vel per sententiam rescindenda est, si patronus intra tempus datum ad presentandum ista contradicenti causam exposuerit. iustitia vero huius causæ ad hunc effectum ex eo tantum constat, quod permutatio non fuerit facta propter urgentem ecclesiæ utilitatem. Hæc siquidem iustificat per mutationem absque patroni consensu, non esse in ecclesiæ damnum, neque ex ea nullum ecclesiæ præiudicium imminere, quia euidentis utilitas ad hoc existit ipsius quidem ecclesiæ, sicuti late deducit ex pluribus authoribus Lambertinus in d. art. 6. nu. 30. & n. 38. vbi maiorem utilitatem exigit ad hoc, vbi ecclesiæ habeat patronos laicos, quā vbi patroni sint ecclesiastici. Cui distinctioni non admodum refragabor, nec ita stricte causæ necessitatem, aut utilitatem exigam, modo illud constet, non aliter hanc permutacionem inuitis, & contradicentibus patronis validam fore, quam si ea facta sit in ecclesiæ magnam utilitatem. id etenim videtur Dd. concedere, præsertim Panormitan. in d. cap. cum dilectus. Cardin. in Clement. vnic. quæst. 4. de rerum permut. & idem in repet. cap. quæstion. de rerum permut. quæst. 36. & 37. Aggidius Bellamera decij. 179. & alij plerique eodem modo citatis, quorum opinio ex eo potissimum admitti debet, quod & multi constanter asseuerauerunt, permutacionem factam absque patronorum consensu nullam esse ipso iure, & id indistincte, atque indefinite probant Calderi. cons. 1. de rerum permut. Aggidius Bellamera decij. 179. & Paulus de Citadinis in tract. de iure patron. 6. part. art. 9. quæst. 52. Stephan. Caietan. in repetit. cap. vltim. de electio. in 6. col. 20. tametsi frequentiori consensu, & communiori sententia receptū sit ex autoritate Rotæ & Frederic. permutacionem factam absque consensu patroni ecclesiastici vel laici non esse nullam ipso iure, sed per sententiam posse rescindi, patrono ex iusta causa contradicente intra tempus datum ad presentandum, secundum Rochum Curtium in dict. verb. honorificum. quæst. 3. & Felin. in tractat. quando literæ Apostolicæ, necesse patron. ampliatione 9. quo in loco minus diligenter asseuerat, ex hac opinione communi posse deduci, quod valeat permutatio beneficii iuris patronatus laicorum facta Romani Pontificis autoritate, etiam si nulla fiat mentio ipsius iuris patronatus laicorum, nec specialis derogatio. Nam permutatio beneficii iuris patronatus laicorum facta in curia Romana summi Pontificis autoritate, non præmissa mentione iuris patronatus laicorum, est nulla ipso iure in casibus, in quibus apud Episcopum & ordinarium esset nulla, & deinde per sententiā erit rescindenda, quoties foret iudicis sententia infringenda, si facta fuisset apud ordinarium inferiorem, quem admodum iure probatur, & explicat optime Cesar Lambertinus de iure patronat. 2. lib. 3. part. quæstion. 9. articulo. duodecimo. & Franciscus Patinus in tractat. de potestate. capitul. sede vacante. 2. quæstion. 2. quæstion. principalis. versicula. adde etiam, quod non valet, idem probat Lopus allegatione 96. numero quarte scribens permutacionem beneficii iuris

patronatus laicorum facta in curia absque expressa mentione, & derogatione iuris patronatus non valere, & esse sur-repticia, atque ita pronuntiata fuisse à Gregorio XI. a quo nunquam potuit quidam Cardinalis obtinere, quod ex causa permutationis fieret derogatio iuri patronatus laicorum.

Hic denique præmissis, quod attinet ad beneficia, quæ per-tinet ad ius patronatus Regium, expeditissimum est in his Hispaniarum regnis, non admitti permutationem, etiam auctoritate summi Pontificis factam, etiam si in specie derogetur iuri patronatus Regio, nisi Regis contentus huic derogationi, ac permutationi accesserit. Idem practi-ci ex edicto Regio, & consuetudine respondebunt in aliis beneficiis pertinentibus ad ius patronatus laicorum quorumcumque in his casibus, quibus non potest permuta-tio fieri eius contradicentibus, & ideo vel sit nulla, vel per sententiam rescindenda. Nam derogatio, quæ in hoc casu fit iuri patronatus laicorum, minime admittitur, ne fiat præiudicium presentationi, quæ patronis iure com-petit, & facillime tolleretur per varias ac frequentes per-mutationes absque eorum consensu alioqui permittendas. Sic sane Caro. Molinaus in *reg. cancel. de iur. in. n. 32.* scribit apud Gallos non admitti has permutationes, quæ sunt etiam auctoritate Apostolica, de beneficiis pertinentibus ad ius patronatus laicorum, tamen si multa ipse Carolus hac in quæstione addiderit, quæ vera iure non sunt, nec tuta qui-dem, cum nimis deroget summi Pontificis potestati. Vnde cautissime sunt examinanda, quæ modo ad huius quæ-stionis examen, & decisionem adduximus, siquidem ex his satis constat, quando necessaria sit derogatio iuris patronatus laicorum ad eorum consensum, alioqui necessarium, omnino excludendum, an sit admittenda in his Hispaniarum regnis. Quod si post scientiam huius permutationis patronus laicus intra tempus datum à iure ad presentan-dum, non contradixerit, receptum est frequentissimo Dd. iudicio, permutationem validam fieri. Patrono autè con-tradicente, an possit ipse presentare, vel clericus qui ex causa permutationis renuncianerit beneficio, in id benefi-cium referitur tradit Lamber. de *iure. par. lib. 2. art. 1. q. 6. n. 49.* post Domin. in *c. nemo deinceps. de elec. in 6. col. 4.*

Eadem ratione non admittuntur apud Hispanos per-mutationes, quæ fiunt ab his, qui obtinent canonicas, & præbendas illas Cathedralium ecclesiarum, quæ ex literis Romanorum Pontificum & Tridentini Concilii decreto, Magistris aut Doctoribus sacræ Theologiam, aut ius Pon-tificium profitentibus per electionem sunt conferendæ. Nam etiam si auctoritate Romani Pontificis permutatio fiat, supplicatio ad Pontificem proponitur, & superferretur executioni literarum Apostolicarum propter publicam, & evidentem utilitatem. Sic sane permutationes ista minime admittuntur in beneficiis, quæ patrimonalia dicuntur in diocesis Palentina, Burgensi, & Calagurritana. Quod expressim Regio Caroli Caesaris edicto cautum fuit anno MD. XLIII. *Ubidie l. 22. tit. 3. lib. 1. Recopilat. J.*

Nono ad eadem Regia edicta, & derogatione iuris pa-tronatus laicorum illud palam pertinet, quod nec per sim-plicem resignationem, nec item nullam, quæ in favorem alterius stricte, & prævia conditione fit, admittenda est nec iure admitti debet collatio beneficii iuris patronatus laicorum absque eorumdem consensu, quemadmodum satis iure constat, adnotavit Deci. *cons. 224. col. 2. post Innoc. in c. vlt. de renunciat. Abb. in c. significatum. de præb. vbi Imol. col. 1. idem Abbas in c. de multa. col. 4. de præbend. Roch. de iure patron. in verb. honorificum. q. 3. Lamb. 3. lib. q. 5. art. 5. & nos alibi tracta-vimus. Quod si ex causa simplicis renunciationis fiat abs-que patroni laici consensu per summum Pontificem beneficii collatio, cum speciali derogatione iuris patronatus laico-rum, præmissa supplicatione ad Pontificem, querela deservit ad Regia prætoria, & illuc literarum Apostolicarum exe-cutioni superferretur, siue sit ius patronatus Regium siue alicuius laici privati. Et idem fit in beneficiis patronalibus & canonicis, quæ per electionem sunt, Theologiam & ius Pontificium profitentibus conferendi. Alioqui facillime presentationibus quæ patronorum, laicorum & veteribus Pontificum Decretis, ac quarundam diocesium circa bene-ficia patrimonalia privilegii, & æquissimis consuetudi-nibus fieret præiudicium.*

Decimo præter ea, quæ iam explicuimus, sub oritur & de pensionibus quæstio. Etenim ex beneficio iuris patrona-

tus laicorum pensio iure constitui potest à summo Ponti-fice, absque ipsius patroni consensu, quia per hanc pensio-nis constitutionem nulla lesio datur, nec contingit patrono, quo ad ius presentationis, ut expressim tradit in hac quæst. Petrus Rebuffus in *praxi beneficiorum, in 3. parte signatura. in verb. de iuri patronatus. nu. 8. & 48.* Latus Hieronymus Gigas in *tract. de pensionibus. qu. 23.* cuius rationes in hoc tendunt, ut consuet. posse constitui pensionem ex beneficio iuris patronatus laicorum absque patroni consensu in omnibus casibus, quibus ex alijs beneficiis iure constitui potest. Sed & potissimum ad-ducit ipse Hieronymus Gigas textum in *c. pen. de iure patron. de quo probatur, posse rectorem alicuius Ecclesie presen-tare aliquem clericum absque patroni consensu, ut iacris ordinibus donetur ad titulum illius beneficii, nempe ad hoc, quod ex rebus percipiat alimenta, & sibi victum necessa-rium. Hac vero inductio minime sufficiens est, si exacte consideremus verum intellectum text. in *d. ca. pen.* Nam ubi Rector beneficii absque patroni consensu clericum aliquem presentaverit ordinandum ad titulum illius beneficii, mortuo rectore, eiusdem successor à patrono presentatus, & ab Episcopo institutus non tenetur ex rebus beneficii cle-rico à rectore præmortuo presentato dare. Eset enim tunc gravis lesio ipsi patrono, cui competit ius præ-sentandi, si ab eo ad beneficium vacans presentatus onus hoc subire teneretur. Sic sane Panormitanus *col. pen. post gloss. & alios ibidem intellexit. text. in d. ca. penultim. cui e-quidem interpretationi & illud accedit, quod licet rector ecclesie possit absque patroni consensu vicarium tempo-rale, vel ad vitam ipsius rectoris constituere. gloss. in cap. ad hoc de officio vicar. & ibi Dd. Henric. Abb. & alii in d. c. pen. Cardin. in *Clem. vnic. quæst. de officio vicar. Rochus de iure patron. in verb. honorificum. q. 3. Casar Lambert. de iure patron. lib. 3. q. 5. art. 7.* tamen non poterit idem rector absque consensu patroni, etiam auctoritate Episcopi perpetuum vicarium ad eccle-siæ ministerium eligere, quemadmodum sentiunt præci-tati Doctores, & in specie tenent Cardin. in *d. qu. 12. Panor-mit. in d. c. pen. col. vlt. & Lambert. in d. art. 7.* Ergo ex his dedu-citur, non esse levis momenti lesionem istam, quæ patro-no inferitur ex eo, quod beneficium, ad quod ipse ius habet presentandi, efficiatur obnoxium solutioni pensionis an-nuæ, & ideo necessarius erit patroni consensus, nec suffi-ciet rectoris voluntas, ut pensio perpetua, scilicet ad vitam pensionarij solvenda, constituatur super eodem beneficio. Derogatur etenim iuri presentandi, si redditus beneficii ad quod presentatio competit, fuerint diminuti. Vnde in hac quæstione quinque erunt adnotanda.**

Primum, quod sit necessaria mentio specialis iuris patrona-tus laicorum in literis Apostolicis, in quibus pensio constituitur ex rebus beneficii iuris patronatus laicorum. Quod probat Hieron. Gigas in *d. tract. de pensionibus. q. 24.* quo in loco sentit, in his pensionibus constituendis aliquantulum derogari iuri patronatus laicorum, cum alioqui non esset necessaria mentio, quæ ipse Gigas in hisce literis Apostolicis requirit.

Secundo est observandum, non admitti apud Hispanos constitutionem pensionis in his beneficiis & dignitatibus quæ pertinent ad ius patronatus regium, nisi ipsismet Regis consensus accesserit summi Pontificis concessionem, & pensionis constitutionem. Idem & apud Gallos exacta dili-gentia servari tradit Carolus Molinaus in *regul. Cancel. de pu-blicand. resignat. num. 226.*

Tertium, quod in hac controversia tractari potest, per-tinet ad alia beneficia, quæ consentur, & sunt iuris patro-natus laicorum privatorum. Nam ubi pensio constituitur à summo Pontifice causa dirimendæ litis, quæ Romæ tra-ctabatur inter duos presentatos à patronis discordibus, iusta videri potest pensionis constitutio, etiam sine consen-su laici patroni, ex his quæ diximus superius, hoc in capite. *q. 7. vers. 4.* in alijs vero casibus non solet summus Pontifex pensionem constituere, nisi ex causa permutationis, re-nunciationis, vel similis actus, in quibus derogatio non admittitur in his regnis Hispaniarum in damnum & læ-sionem iuris patronatus laicorum.

Quarto quoties pensio in titulum beneficii datur, & constituitur, etiam per Romanum Pontificem, ex rebus beneficii pertinentis ad ius patronatus laicorum, tunc om-nia sunt examinanda & censenda, ut cenferi, & iudicari de-beat ipsummet principale beneficium, tam quoad derogatio-nem, quam quo ad alia, quæ solent in quæstionem incidere

Quod notat Hieronym. Gig. in d. q. 23 ad finem. text. opt. in d. e. pen. de iure par. Nā licet pensio, vt frequentissime cōstitutur loco beneficij in stipendium pauperum clericorū, secundum Gomez. in regul. de annali possessore. qu. 21. non sit proprie beneficiū, tamen vbi constituitur in titulum beneficij, cum onere alicuius ministerij ecclesiasticū, tunc beneficiū proprie dicitur, & leges consequitur beneficij ecclesiasticū. vt not. Card. in Clem. 1. §. eadem de supplen. negligem. p. alato. tradit Hieronym. Gigas de pensio q. 1. quibus accedit optima gloss. in Clem. vlt. in verb. quodcumque. de vita & honore. clerico. cuius meminit Ioan. Staphileus de literis gratia. & iustit. fol. 107. col. 2. & sensu idem fol. 22. text. opt. vbi Panor. in c. conuenerunt. de cleric. non residentib. Igitur in constitutione huius pensionis, quæ in titulum beneficij datur, absque patroni laici consensu, palam derogatur iuri presentandi, & ideo quæ vel iure communi, vel cōsuetudine, aut Regijs edictis sunt inducta, circa derogationem iuris patronatus laicorum, itidem erunt obseruanda, & in hac pensionis constitutione.

Quinto illud est satis expeditum, quod in beneficiis patrimonialibus nulla pensionis constitutio apud Hispanos admittitur, cum ea tendat in maximum grauamen clericorum patrimonialium, quibus beneficia illa sunt secundum dignitatem doctrinæ, & morū libere, & absque vilo onere conferenda. Idem erit in canonicatibus, qui conferri debent ex vereri instituto Magistris, & Doctoribus. Atque ita passim receptum est, idque deducitur ex Regio edicto, quod de patrimonialibus beneficiis decretum fuit anno Domini M. D. XLIII. [hodie l. 24. tit. 3. lib. 1. Recopil.] Nec vidi vnquam a summo Pontifice pensionem ex his beneficiis constitui, nisi causa litis dirimēda, quæ absque vlla fraude inter electos, aut institutos tractabatur. Quæ in re oportet diligenter inquirere, & examinare, ne fraus vlla fiat veteribus huius regni priuilegijs, antiquis institutis, & iure legitimo inductis consuetudinibus.

¹¹ Vndecima quæstio ad vniones pertinet, quæ quandoque fieri solent autoritate Apostolica, vel ordinaria. Nam per Episcopum vni non potest beneficiū aliquod alteri absque consensu illius, qui habet ius conferendi, eligendi, vel presentandi, siue sit patronus ecclesiasticus, siue laicus, quemadmodum probatur ex glossa in verb. rector. & illic Abbas, Card. opposicione 3. & qu. 14. in Clem. vlt. de reb. ecclesiæ. Abbas col. 2. & alij in cap. cum accessissent. de constitutionib. Soci. cons. 1. col. 2. lib. 3. Roch. de iure patron. in verb. honorificum. q. 3. Decius in cons. 174. col. vlt. Lambert. de iure patron. lib. 3. q. 6. art. 2. qui tamen fatetur post alios, posse hanc vnionem fieri autoritate summi Pontificis, modo fiat expressa mentio iuris patronatus laicorū, quoties per vnionem tollitur ius presentandi, aut eidem derogatur. Et hæc est cōmunis opinio. Quo fit, vt in literis Apostolicis, quibus ecclesia iuris patronatus laicorum ita vnitur alteri, quod iuri presentandi derogatio fiat, eadē sint omnino obseruanda, quæ iure Pontificio, praxi, & cōsuetudine, atque Regijs edictis obseruanda sunt, & obseruari solent in derogationibus, quæ sunt iure patronatus laicorū, sic etenim vel ratione surreptionis, aut supplicationis ad summum Pontificem proponendæ obuiam iri poterit damno, & læsioni, quæ patronis laicis ex vnione ecclesiæ, quo ad ius presentandi, contingere possunt.

Duodecimo adnotandū est diligenter, nullum fieri patronis laicis grauamen, nec vllum damnū dari, etiā quo ad presentatiōem, † vbi summus ecclesiæ Pontifex electum Episcopum instituerit, aut confirmauerit, cum retentione beneficij alicuius, quod is obtinet, & alioqui proxime vacaturum erat per cōsecrationem, iuxta c. cum in cunctis. de electis. Nam, etiā si hoc beneficiū pertineat ad ius patronatus laicorum, cum nondum vacauerit, poterit Papa etiā absque speciali derogatione, & expressa mentione dispensare, vel electus illud obtineat simul cum episcopatu, nec per hoc derogatur iuri patronatus laicorū, quia patronus non habet presentandi ius quo ad effectum, donec beneficiū vacauerit: Papa vero impedit, per dispensationem vacationem illam, & ideo nullā læsionem patronis infert, nec iuri presentandi derogatur, quemadmodum probant Rota 331. in nouis. Feli. in tract. quando litera. Apostol. vocant patron. l. i. §. Ioan. Staphil. de literis gratia. & iustit. fol. 56. vers. quartus & vltimus. Roch. Curt. in verb. honorificum. 4. q. principali. Cesar Lambert. de iure patro. 2. li. 3. part. 9. art. 19. & licet Arret. & quidam alij ab eis citati contrariū scripserint, afferentes hanc dispensationem non esse validā, nisi expressa fiat mētio iuris

patronatus laicorum: prædicta opinio verior est, & magis cōmunis, ex qua constat, hanc dispensationem validā esse, etiā si generaliter fiat nulla adhibita, nec adscripta mentione iuris patronatus laicorum. Quibus quidē laicis nulla natus derogatur, atque ideo multa cessant, quæ sunt de derogatione iuris patronatus laicorum alio qui statuta.

Hæc vero scripsimus, vt facilius & cōmodius percipere quis valeat, quæ in hisce cōtrouersijs Regij consiliarij passim in praxi hæctenus obseruauerint, & obseruent, non quod arbitremur, vel in minimis executionē literarum Apostolicarum impediendā fore. Hoc etenim & Catholica Regia maiestas animo Christianissimo exhorret, multisque legibus & edictis præcauendū esse frequentissime cōstituens mandatorū Apostolicorum transgressores: idemque sollicite ac diligenter apud Regia Hispaniarum præcipuum Regis zelum exequentes quotidie conamur efficiere: in aliquot tamen casibus, quibus hæc Respub. exillimat, & experimento cognouit, maxime ladi, & multorum hominū suggestionibus, falsisque precibus granari, per supplicationem multis nominibus obsequentissimam ab ipso sanctissimo Pontifice remedium sperantes.

C A P V T XXXVII.

De pascuis, & de iure pascendi, tam lege iuris cōmunis, quam ratione seruitutis cōstituta.

S V M M A R I A.

- 1 Habens in aliquot oppidū iurisdictionem, an habeat aliquod ius in pascuis publicis ratione ipsius iurisdictionis?
- 2 Agri privati dominus, an possit eundem agrum pascuis effecere, & capere?
- 3 Quicquid nascitur in agro privato, etiam absq. labore & industria domini, ad ipsum omnino pertinet.
- 4 An liceat pascuis in agro proprio nonellare.
- 5 Dominus agri privati libere potest mutare vsuam agriculturam.
- 6 Agri communes duobus ciuitatibus, an pascuis ab altera earum tali sit hanc culturam impediatur communis pascuis, altera minime conueniet?
- 7 Vicus exemptus a ciuitate an retineat ius pascendi, quod ante exemptionem habuit in territorio?
- 8 Quia in agris cōmunitibus, cultus tamē prescriptio temporis effecere valent.

Memoria teneo, in his, quæ hæctenus scripserim, aliqua de iure pascendi, de pascuis publicis, ac priuatis adnotasse, obiter quidem, & præsertim lib. 1. variis. Reg. l. 17. n. 11. & in regul. possessor. de reg. iur. in 6. 2. relect. parte. §. 3. n. 1. quibus etiā si multa addi possent, quædam hoc in capite adicere constitui, vt facilius tractatus iste De iure pascendi examinari valeat: non ignarus quam late pateat hæc de re disputatio. Illud sane præ cæteris est obseruandū, quod i dominus alicuius ciuitatis, villæ, vel castri habens in his locis iurisdictionem ciuilem, etiā & criminalem, nullum habet ex hoc iure dominium in pascuis publicis illius territorij, intra quod iurisdictione vtitur, & vti potest. Hæc enim pascua ad vniuersitatē pertinet, & sub eiusdem vniuersitatis dominio censentur l. in tantū. §. vniuersitatis. de rerum diuis. l. omnes. in 2. C. de operib. publ. l. d. summi. C. de deuotion. l. omne territorium. C. de censib. Reg. l. 4. tit. 28. part. 52. & in hac specie tradidit optime Stephanus Bertrandus cons. 1. lib. 3. col. 2. & 3. & idem cons. 37. lib. 1. & varius cons. 75. lib. 2. n. 15. ex Hostiens. & Ioan. Andr. in cap. nimis. de iure iur. Matrhæ. de Afflic. in cons. Neapol. Rubr. 85. nu. 8. Petrus Auendanius in tract. de exequa. mandat. cap. 4. nu. 20. tamen si dominus habens iurisdictionem possit vti pascuis publicis, vt habitator, & incola illius loci, si illic habitet, secundum Bertrandum, eo tamen numero pecudum, qui sit arbitrio boni viri moderatus iuxta territorij & pascuorum qualitatem: ita quidem, quod maxime sit attendenda vicinorum aliorum, & ciuium hac in re læsio: sicuti præcitati auctores latius explicant, post Alberic. in l. imperatores. ff. de seruit. rusticor. prædior. & in l. h. h. h. h. §. 1. ff. ff. seruit. vendicet. Quis vero dicatur proprie incola, idem Bertrandus docet cons. 57. lib. 2. alios ad hoc adducens, & Auendanius in d. c. 4. num. 20. textus optimus in d. l. 4. & in l. ciues. C. de incolis lib. 11. l. Labeo. ff. ad municip. lib. 2. C. vbi seruetur vel claris. l. cum Cimius. C. de agris & censib. lib. 11. l. mullerij. ff. quibus modis vsus uel. amitt. notat Bald. in l. 1. col. 1. ff. de statu homin. l. 1.